

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Noctes Atticae

Gellius, Aulus

[Venedig], 6. Apr. 1496

Liber quartvs

[urn:nbn:de:bsz:31-272210](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-272210)

sententiā dicere licet.

Cap. xviii.

Non pauci sunt: qui opinantur pedarios senatores appellatos: qui sententiā in senatu nō uerbis dicerēt sed in alienā sententiā pedibus irent. Quid igitur quū se. con. per discessionē fiebat: nonne uniuersi senatores sententiā pedibus ferebāt? Atqui hęc etiā uocabuli istius ratio dicitur: quā. C. Bassus in cōmētariis suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in ueterū atate: qui currulē magistratū gessissent curru solitos honoris gratia in curia uehi: in quo curru sella esset: supra quā cōsiderēt quæ ob eā causā currulis appellaretur. Sed eos senatores: qui magistratū currulē nondum cœperāt: pedibus itauisse in curiā. Propterea senatores nondū maioribus honoribus functos pedarios noīatos. M. autē Varro in satyra Menippea: quæ ἰσσοκλυων id est equicatella inscripta est: equites quosdā dicit pedarios appellatos. Videturq; eos significare: qui nondū a censoribus in senatū lecti: senatores quidē nō erant. Sed quia honoribus populi usi quidē erāt: in senatū ueniebāt: & sententiā ius habebant. Nā & currulibus magistratibus facti: qui nondū a censoribus in senatū lecti erāt: senatores nō erāt. Et qui in postremis scripti erāt: nō rogabātur sententiā: sed quas principes dixerāt in eas descēdebant. Hoc significabat edictū: quo nūc quoq; cōsules. quū senatores in curiā uocant: seruādā cōsuetudinīs causa: trāslatio utitur. Verba edicti hęc sunt. Senatores quibusq; in senatu sententiā dicere licet. Versum quoq; Laberii: in quo id uocabulū positū est: notari iussimus: quē legimus in mimo: qui scriptor inscriptus est: caput sine lingua: pedaria sententiā est. hoc uocabulum a plerisq; barbāre dici animaduertimus: nam pro pedariis pedaneos appellant.

Qua ratione. C. Bassus scripserit: parcum hominem appellatum & quam eius uocabuli causam putarit. & contra quem in modum quibusq; uerbis Phauorinus hanc tradiciónem eius eluserit.

Cap. xix.

Pud cœnā Phauorini philosophi quū discubitū fuerat: cœptusq; erat apponendi cibis: seruus assistēs mēsa eius legere incēptabat: aut litterasq; quod græcarū: aut nostratiū: uelut eo die: quo affui ego legebat. C. Bassi eruditi uiri liber de origine uerborū & uocabulorū. In quo ita scriptū fuit. Parcus cōposito uocabulo dictus est: quasi par arcæ: quādo sicut in arcā: oīa recūdunt: eiusq; custodia seruant: & cōtinētur: ita homo tenax: paruoq; cōtētus oīa custodia. & recōdita habet: sicuti arcā. quam ob causam parcus: quasi par arcæ noīatus est. Tū Phauorin⁹ ubi hęc audiuit: supstitio se inquit: & nimis mōleste atq; odiose confabricatus commolitusq; magis est originem uocabuli. C. iste Bassus: quē enarrauit. Nam si licet res dicere commenticias: cur non probabilius uideatur: ut accipiamus parcum ob eam causam dictum: quod pecuniam consumit: atq; inpendi arceat: & prohibeat: quasi pecuniarcus. Quin potius: quod simplicius inquit ueriusq; est id dicimus: Parcus enim neq; ab arcā: neq; ab arcendo: sed ab eo: quod est parum: & paruū denominatus est.

AVLIGELII NOCTIVMATTICARVM
COMMENTARII LIBER QVARTVS.

In uestibulo aediū palatinarum oīs fere ordinis multitudo opperietes salutationē Cæsaris cōstiterāt. Atq; ibi in circulo doctoz; hominū: Phauorino philosopho præsente ostendebat quāpiā grāmaticæ rei doctoz; scholicha: quædam

f iii

nugalia: de generibus: & casibus uocabulorum differens: cum arduis superciliis uocisq; & uultus grauitate cōposita: tanq̄ iterpres: & arbiter sibyllæ oraculoꝝ. Tū aspiciens ad Phauorinū: q̄q̄ ei etiā nondū satis notus esset. Penus quoq; inquit uariis generibus dictum: & uarie declinatum est. Nā & hoc penus: & hæc penus: & huius peni: & peniris: & penitiris: & penoris ueteres dictauerūt: Mundū quoq; muliebre Lucilius in satyræ. xvi. non uirili genere: ut cæteri: sed neutro appellauit his uerbis. Legauit quidam uxori mundum omne penumq;.

Quod mundum: atq; penum? nam quis diiudicet istuc?
Atq; omium horū & testimoniis: & exēplis cōstrepebat. Cumq; nimis ociose sibi placeret: intercessit placide Phauorinus: & iā bone inquit magister: qcquid est nomē tibi abunde multa docuisti: quæ quidē ignorabamus & scite haud sane postulabamus. Quid enim refert mea eiusq; qui quū loquor: quo genere penum dicā: aut in quas extremas litteras declinē: si nemo id: non nimis barbare fecerit? Sed hoc plane indigeo addiscere: qd sit penus: & quo sensu id uocabulū dicat ne rē quotidiani usus tanq̄ qui in uenalibus latine loqui tētant: alia q̄ oportet uoce appellē. Quæris inquit iste rem minime obscurā. Quis adeo ignorat penū esse: uinum: & triticum: & oleū: & lētē: & fabā: atq; huiusmodi cætera. Etiā ne inquit Phauorinus: miliū: & panicū: & glans: & ordeū penus est? Sunt enim p̄p̄modum hæc quoq; huiusmodi. Cūq; ille reticens hæreret: nolo inq̄ hoc iā labores: an ista quæ dixi: penus appellētur. Sed potestne mihi: nō specie aliquā de penu dicere: sed definire: genere p̄posito: & differentiis apositis quid sit penus? Quot sint penus genera? & quas differentiās dicas? nō hercle inquit intelligo. Rem inquit phauorinus plane dicam. Postulas: qd' difficilius est dici planius Nā hoc qdē peruulgatum est: definitionē oēm: ex genere & differentiā cōsistere. Sed si itē mihi præmadare: qd' aiūt postulas. faciā sane id quoq; honoris tui habēdi gratia atq; deinde ita exorsus est. Si inquit ego te nūc rogē: uti mihi dicas: & q̄si circūscribas uerbis: qd homo sit: nō opinor respōdeas hominē esse te: atq; me. Hoc enim quis homo sit: ostēdere est: nō quid hō sit dicere. Sed si inq̄ peterē. ut ipsum illud: qd' homo est defines: tū p̄fecto mihi dicerēs hōiem esse mortale aīal rōnis & sciētīæ capiēs uel quo alio modo dicerēs: ut eū a cæteris aīalibus oībus separares. Perinde iḡ it' nunc te rogo. ut qd sit penus dicas nō ut aliqd ex penu noīes. Tū ille ostētator: uoce iam molli atq; demissa: philosophias inquit ego nō didici nec discere appetiui. Et si ignoro. an ordeū ex penu sit: aut qbus uerbis penus definiat: nō ea re: litteras quoq; alias nescio. Scire inquit ridēs iā Phauorinēs: qd penus sit: nō ex nostra magis est philosophia q̄ grāmatica tua. Meministi enim credo: quæri solitū: quid Virgilius dixerit penū instruere: uel longā: uel longo ordine. Vtrūq; enim p̄fecto scis legi solitū. Sed ut faciāt æquiore aīo ut sis: ne illi qdē ueteris iuris magistrī: qui sapiētes appellati sunt: defini se satis recte existimant: qd sit penus. Nā. Q. Scæuolā ad demonstrandā penum his uerbis usum audio. Penus est inquit: quod esculentū: aut proculentū est. Quod enim p̄sius patris: aut liberorū: patrisfamilias: eiusq; familiæ: quæ circū eos: aut liberos eius est & opus nō facit. causa paratū est. ut Mutius ait penus uideri debet. Nam quæ ad edendū bibendūq; in dies singulos prandii: aut cœnæ causa parant' penus non sunt. Sed ea potius quæ huiusce generis longæ uisionis gratia cōtrahunt' & reconduntur

ex eo

ex eo: quod non in promptu sint: sed intus: & penitus habeant: penus dicta sunt. Hæc ego inquit: quum philosophiæ me dedissem: non insuper tamen habui discere. quoniam ciuibus Romanis latine loquentibus: rem non suo uocabulo demonstrare: non minus turpe esset: quam hominem non suo nomine appellare. Sic Phauorinus sermones in genus commune a rebus paruis & frigidis abducebat ad ea: quæ esset magis utile audire ac discere: non allata extrinsecus: non per ostentationem: sed in eadem nata: acceptaque. Præterea de penu ad scribendum hoc etiam putauit. Seruius Sulpitium in reprehensio Scæuolæ capitibus scripsisse. Saco helio placuisse: non quæ eius tantum: & potui forent: sed tus quoque & ceteros in penu esse. Quod esset eius ferme rei causa comparatum. Massurius autem Sabinus in iuris ciuilibus secundo: etiam quod iumentorum causa apparatus esset: quibus dominus uteretur penori attributum dicit: Ligna quoque: & uirgas: & carbones: quibus conficeretur penus: qui busdam autem uideri esse in penu. Ex his autem quæ promeritalia: & usuaria in locis uisdem essent: ea sola esse penoris putat: quæ sint usui annuo.

Quid differat: & quæ uim habeant uocabula ista in edicto ædiliu. & an eunuchus & steriles mulieres redhiberi possint: diuersaque super ea re sententia. Cap. ii.

In edicto ædiliu curruliu: qua parte de mancipiis uendundis cautum est: scriptum sic fuit. Titulus seruoꝝ singulorum: ut scriptus sit curato ita ut intelligi recte possit: quid morbi uitioque cuique sit. Quis fugitiuus: error sit. Noxae solutus non sit. Propterea quæserunt iureconfulti ueteres: quid mancipium morbosum: quid ue uitiosum recte diceretur. Quotumque morbus a uitio differret. Cecilius Sabinus in libro: quæ de edicto ædiliu curruliu composuit: Labeonem refert: quod esset morbus hisce uerbis definit se. Morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam: qui usum eius facit deteriorem. Sed morbum alias in toto corpore accidere dicit: alias in parte corporis. Totius corporis morbum esse: ueluti *φθισις*. i. tabes: aut febris. Partis autem: ueluti cæcitas: aut pedes debilitas. Balbus autem inquit: & athiphus: uitiosi magis quam morbofi sunt: ut equus mordax aut calcitro uiciosus non morbosus est. Sed cui morbus est: is uitiosus est. Neque id tamen contra fit. Potest enim qui uiciosus est: non morbosus esse. Quomodo uero quum de homine morbo ageretur: nequaquam inquit ita diceretur: quanto ob id uitium minoris erit. De eunucho quidem quæsitum est: an contra edictum ædiliu uideretur uenudatus: si ignorasset emptor: eum eunuchum esse? Labeonem respondisse aiunt: redhiberi posse: quasi morbosum. Sues autem feminas si steriles essent: & uenudissent: ex edicto ædiliu posse agi: Labeonem scripsisse. De sterili autem muliere: si natua sterilitate sit. Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. Nam quum redhiberi eam Labeo: quasi minus sanam putasset: non oportere aiunt Trebatium ex edicto apposuisse: si ea mulier a principio genitali in sterilitate esset. Ac si ualitudine eius offendisset: ex quo ea uitium factum esset: ut concipere fetus non posset: tum sanam non uideri: & esse in causa redhibitionis. de mumope *μυροπελον*. i. de edetulo quoque qui Iusticiosus latine appellatur: dissensum est. Alii enim redhiberi omnino oportere. Alii contra: nisi id uitium morbo contractum esset. Eum uero cui dens deesset: Seruius redhiberi posse respondit. Labeo in causa esse redhibendi: negauit. Nam & magna inquit pars dente aliquo caret. Neque eo magis plerique homines morbofi sunt. Et absurdum admodum est dicere: non sanos nasci homines: quoniam cum infantibus non simul dentes gignuntur. Non pretereundum id quoque in libris ueterum iuris peritorum scriptum esse morbum:

& uitium distare. Quod uitium perpetuum: morbus cum accedu: discessuque sit. Sed hoc si ita est: neque cæcus: neque eunuchus morbus est: contra Labeonis: quæ supra dixi sententia. Verba Massurii Sabini apposui: ex libro iuris ciuilibus secundo. Furiosus mutusue cuius quod membrum laceat: læsumque est: aut obest quo ipse minus aptus sit: morbo si sint. Qui non longe uidet: tam sanus est quam qui tardus currit.

Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante Carbilianum diuortium atque imbi quid sit pellex. Cap. iiii.

Emoria traditum est: quingentis fere annis post Romam conditam nullas rei uxoriæ neque actiones: neque cautiones in urbe Roma aut in latio fuisse quia profecto nihil desiderabatur: nullis etiam tunc matrimoniis diuertentibus. Seruius quoque Sulpitius in libro quem composuit de dotibus. Tum primum cautiones rei uxoriæ necessarias esse uisas scripsit. quum. Sp. Carbilus: cui ruga cognomen fuit: uir nobilis diuortium cum uxore fecit: quia liberi ex ea: corporis uitio non gignerentur anno urbis conditæ quingentesimo uicesimo .iiii. M. Atilio. P. Valerio consulibus. Atque is Carbilus tradit uxorem: quam dimisit: egregie dilexisse: carissimamque: mox ei gratia: habuisse: & iurisdictioni religionem animo: atque amoris prauertisse: quod iurare a censoribus coactus erat: uxorem se liberorum quærendorum gratia habiturum. Pellicem autem appellatam probro famamque habitam eam: quæ iuncta consuetaque esset cum eo: in cuius manu mancipioque alia matrimonii causa foret: hac antiquissima lege ostendit: quam Numæ regis fuisse accepimus. Pellex ædem Iunonis non tangit. Si tangit: iunoni crinibus dimissis agnū fœminam cœdido. Pellex autem quasi $\alpha\sigma\omega\lambda\lambda\alpha\varsigma$. i. talpa. i. quasi $\omega\alpha\lambda\lambda\alpha\kappa\iota\varsigma$: id est concubina: ut pleraque alia: ita hoc quoque uocabulum de graeco flexum est.

Quid Seruius Sulpitius in libro: qui est de dotibus scripserit: de iure atque more ueterum sponsaliorum. Cap. v.

Ponsalia in ea parte Italiae: quæ latium appellatur: hoc more atque iure solita fieri scripsit Seruius Sulpitius in libro: quem scripsit de dotibus. Qui uxorem iquit ducturus erat: ab eo unde ducenda erat: stipulabatur eam in matrimonium ductum iri. qui daturus erat: itidem spondebat daturum. Is contractus stipulationum: sponsionumque dicebatur sponsalia. Tum quæ promissa erat: sponsa appellabatur. Qui sponderat ducturum sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur: aut non ducebatur: quod stipulabatur ex sponsu agebat. Iudices cognoscebant. Iudex quam ob rem data: acceptaque non esset uxor quærebat. Si nihil iustæ causæ uidebatur: lite pecunia aestimabat. Quamquam inter fuerat eam uxorem accipi: aut dari eam quod sponderat: aut qui stipulatus erat: condempnabat. Hoc ius sponsaliorum obseruatum dicit Seruius ad id tempus: quo ciuitas uniuersa latio lege iulia data est. Hæc eadem Horatius scripsit in libro: quem de nuptiis composuit.

Historia narrata de perfida aruspicum etruscorum. quod quod ob eam rem uersus hic a pueris Romæ urbe tota cantatus est Malum consilium consultori pessimum est. Cap. v.

Tatua Romæ in comitio posita Horatii Coclitis fortissimi uiri de caelo iacta est. Ob id fulgur piaculis ludendum aruspices ex eturia acciti inimico atque horare. Atque illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi. quem sol oppositum

oppositum circum undiq; aliarum ædiū nunq̄ illustraret. Quod quum ita fieri per-
sualisissent: delati ad populū: proditiq; sunt. Et quum de perfida confessi essent: necati
sunt. Cōstititq; eam statuā perinde: ut ueræ rationes post cōperta monebāt: in locum
editū subducēdam. Atq; ita in area Vulcani sublimiori loco statuēdam. Ea; res be-
ne: & prospere reip. cessit. Tūc igitur q; in Etruscos aruspices male consulētis animad-
uersum: uindicatūq; fuerat: uersus hī scite factus: cantatusq; pueris urbe tota fertur:
Malum cōsiliū cōsultori pessimū est. Ea historia de aruspices: ac de uersu isto sena-
rio scripta est in annalibus maximis libro undecimo. Et in ueteri Flacci libro primo
re; memoria digna;. Videt̄ aut̄ hic uersus de graeco illo Hesiodi uersu expellus.

Ἡ ΔΕ ΚΑΚΗ ΒΟΑΛΗ Τῶ ΒΟΥ ΛΕΥΣΑΝΤΙΚΑ ΚΙΣΗ.
Consultum male consultori pessima res est.

Verba ueteris senatusconsulti: ista: quo decretum est hostiis maioribus expiandū
q; in sacrarium haste martiæ mouissent. Atq; ibi enarratum: quid sint hostiæ suc-
cidaneæ. Quid item tempora præcidaneæ. Et quid Capito Atteius ferias qualdā præ-
cidaneas appellauit. Cap. vi.

Teram mouisse nunciari solet: ea; res procuratur: ita in ueteribus memo-
riis scriptum legimus: nunciatum esse senatui: sacrario: in regia: hastas mar-
tias mouisse. Eius rei causa senatuscon. factum est. M. Antonio Au. Posthu-
mio consu. eiusq; exemplum hoc est. Quod. C. Iulius. L. filius ponti. nunciauit: in sa-
crario: in regia hastas martias mouisse: de ea re ita censuerunt: ut. M. Antonius con.
hostiis maioribus Ioui: & Marti procuraret: q; cæteris diis: quibus uideretur placan-
dis: uti procurasset: satis habendum censuerunt. Siquid succidaneis opus esset: robri-
gus accederet. Qd' succidaneas hostias senat' appellauit: q̄ri solet: qd' uerbū id signi-
ficet. In Plauti quoq; comædia quæ Epidicus inscripta est: super eodem ipso uerbo re-
quiri audio in his uersibus Men piaculare oportet fieri ob stultitiā tuam ut meum
tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum. Succidaneæ autem hostiæ dicuntur e litte-
ra per motrem compositi uocabuli in i litteram commutata. Nam quasi succidaneæ
appellatæ. quoniam si primis hostiis littatum non erat alia post easdem ductæ hostiæ
cædebantur: quæ quasi prioribus iam celsis luendi piaculi gratia subdebantur: & suc-
cedebant ob id succidaneæ nominatæ: littera i scilicet tractim pronunciata. Audio
enim quosdam eam litteram in hac uoce barbare corripere. Eadem autem ratione
uerbi præcidaneæ quoq; hostiæ dicuntur: quæ ante sacrificia solemnia pridie cædun-
tur. Porca etiam præcidaneæ appellata quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri cœ-
ptas immolari Cereri mos fuit: si qui familiam funestam aut non purgauerant: aut
aliter eam rem q̄ oportuerat procurauerant. Sed porcam & hostias qualdam præci-
daneas: sicuti dixi appellari: uulgo notum est. Ferias præcidaneas dici id opinor a uul-
go remotum est: propterea uerba Atteii Capitōis ex quinto librorum: quos de pontifi-
cio iure composuit: scripsi: Lib. Cornucario ponti. maxi. feriæ præcidaneæ i atrum di-
em inauguratæ sunt. Collegium decreuit: non habendum religioni: quin eo die feriæ
præcidaneæ essent.

Succidaneæ hostiæ dicuntur

De epistola Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta: super accentu nomi-
num quorundam puniceorum. Cap. vii.

u Alerius Probus grāmaticus: inter suam aetatem praestanti scientia fuit. Is Annibalem: & Afrubalem: & Hamilcarem. ita pronunciabat: ut penultimam circumflecteret: ut testis est epistola eius scripta ad Marcellum: in qua plautū & Ennium: multosq; alios ueteres eo modo pronunciasse affirmat. Solius tamen Ennii uersum unum ponit ex libro: qui Scipio inscribitur. Eum uersum quadrato numero factum subiicimus: in quo nisi tertia syllaba de Annibalis nomine circumflexe ponatur: numerus claudus est. Versus Ennii: quem dixit: ita est.

Qui propter annibalis copias considerant.

Quid. C. Fabritius de Cornelio Rufino homine auaro dixerit. Quem quum odisset: inimicusq; esset: designandum eum consulem curauit. Cap. viii.

f Fabritius Lucinus magna gloria uir magnisq; rebus gestis fuit. P. Cornelius Rufinus: manu quidem strenuus: & bellator bonus: militariq; disciplina peritus admodum fuit. Sed furax homo & auaritia acris erat. Hunc Fabritius non probabat: neq; amico utebatur: Osiusq; eum moris causa fuit. Sed quum temporibus reipublicae difficillimis consules creandi foret: & is Rufinus peteret consulatum: competitorsq; eius essent imbellis quidam: & futiles: summa ope adnixus est Fabritius: uti Rufino consulatus deferret. Ea re plerisq; admirantibus: quod hominem auarum: cui esset inimicissimus: creari consulem peteret: quem hostiliter oderat. Fabritius inquit: nihil est: quod mihi remini: si malui consulari: quam uenire. Hunc Rufinum postea bis consulatum: & dictatura functum censor Fabritius senatu mouit: ob luxuriam notam: quod decem pedo argenti factitaret. Id autem quod supra scripsi: Fabritium de Cornelio Rufino: ut in plerisque historia scriptum est: dixisse. M. Cicero: non alius a Fabritio: sed ipsi Rufino gratias agenti: quod eius gratiam dedignatus non esset: dictum esse refert: in libro secundo de oratore. Verba Ciceronis haec sunt. Arguta etiam significatio est: cum parua re: & saepe uerbo: res obscura: & latens illustrat: ut quum C. Fabritius. P. Cornelius homo (ut existimat) auarus: & furax: sed egregie fortis: & bonus imperator gratias ageret: quod se homo inimicus consulis fecisset: bello praesertim magno & graui: nihil est quo mihi gratias agas inquit: si malui consulari: quam uenire.

Quid significat proprie religiosus: Et in qua diuerticulo significatio istius uocabuli flexa sit. Et uerba Nigidii Figuli ex commentariis eius super ea re sumpta. Cap. ix.

n Nigidius Figulus homo (ut ego arbitror) iuxta M. Varronem doctissimus: in xi. commentariis grāmaticorum uersum ex antiquo carmine refert memoriae hercule dignum: Religere esse oportet: religiosum nefas. Cuius autem id tamen sit: non scribit. At in eodem loco Nigidius: hoc inquit inclinamentum semper huiusmodi uerborum: ut uinosus: mulierosus: religiosus: numosus: significat copiam quamdam immodicam rei: super qua dicitur. Quo circa religiosus is appellabatur: qui nimia & superstitiosa religione sese alligauerat. Ea quoque res uitio assignabatur. Sed praeter ista quae Nigidius dicit: alio quodam diuerticulo significationis: religiosus pro castro: atque obseruati: cohibenti sese certis legibus: finibusq; dici coeptus. Simili autem modo: illa quoque uocabula ab eadem perfecta origine: diuersum significare uidentur: religiosi dies. & religiosa delubra. Religiosi enim dies dicuntur tristi omne infames impeditiq; in quibus & res diuinas facere: & rem quampiam nouam exordiri temperandum est. quos multitudo imperitorum. prauarum. & perperam nefastos appellant. Itaque Marcus Cicero in libro epistolarum. ix. ad Atticum maiores inquit nostri funestiores

furax homo et auarus

Significatio nominis in

funestiorē diē esse uoluerunt haliensis pugnae: q̄ urbis captae: q̄ hoc malū ex illo. Itaq; alter religiosus etiā nūc dies: alter in uulgo ignotus. Idem tamē. M. T. in oratione de accusatore cōstituendo: religiosa delubra dicit: nō ominosa: nec tristia: sed maiestatis uenerationisq; plena. Massurius autē Sabinus in cōmentariis: quos de idigenis cōposuit: Religiosum inq̄ est: qd̄ p̄pter sanctitatē aliquā remotū: ac se positu a nobis est. Verbū a relinquendo dictū: tanq̄ ceremoniā a carēdo. Secūdū hāc Sabinī interpretationē tēpla quidē ac delubra: quia horū cumulus in uituperationē nō cadit: nec illorū quoq; laus imōdesta est: quae nō uulgo: ac temere: sed cū castitate: ceremoniāq; adēda: & reuerēda: & reformidāda sunt: magis q̄ inuulgāda. Sed dies religiosi dicti quos ex cōtraria causa p̄pter omnis diritatē relinquimus. Iccirco ait Terētius in eunucho. Tum quod dem: recte est. Nā nihil esse mihi religio est dicere. Quod si (ut ait Nigidius) oīa istiusmodi inclinamenta: nīmium ac prāter modum significant: & iccirco in culpas cadunt: ut uinosus: mulierosus: uerbosus: morosus: famosus: Curigeniosus: & formosus: & officiosus: & speciosus: quae pariter ab ingenio & forma. & officio inclinata sunt. cur etiā disciplinosus. consiliiosus. uictoriosus. quae. M. Cato ita effigurauit. cur itē faciūdiōsa. quod Sēpronius Asellio. xiii. rex gestarū ita scripsit. Facta sua spectari oportere. dicta non: si minus sint faciūdiōsa: cur inq̄ ista omnia: nunq̄ in culpā sed in laudē dicunt: q̄q̄ hāc quoq; incrementū sui nīmium demōstrēt. An p̄pterea quia illius quidē quae supra posui adhibēdus est modus quidā necessarius: Nā & gratia si nimia quidē: atq; imōdica: & mores: si multi atq; uarij: & uerba: si p̄petua: atque infinita: & obtundētia: & fama: si magna: & inquieta: & inuidiosa sit neq; laudabilia: nec utilia sunt. Ingeniū autē: & officiū: & forma: & disciplina: & consiliū & uictoria & facundia sicut ipse uirtutū amplitudines nullis finibus cohibentur. Sed quāto maiora: auctioraq; sunt: & iam tāto laudatiora sunt.

Quid obseruatū de ordine rogandarū sententiā: iurgiorūq; in senatu. C. Caesaris consulis & M. Catonis diē dicēdo eximentis. Cap. x.

Nte legē: quae nūc de senatu habēdo obseruat: ordo rogādi sentētiās uariis fuit. Alias primus rogabat: qui a censoribus princeps in senatum lectus fuerat. Alias q̄ designati cōsules erant. Quidā e cōsulibus: studio aut necessitudine aliqua adducti quē his uisū erat honoris gratia extra ordinē sentētiā primū rogabāt. Obseruatū tamē est: quum extra ordinem fieret: ne quis quenq̄ ex alio q̄ ex cōsulari loco sententiā primū rogaret. C. Caesar in cōsulatu quē cū M. Bibulo gessit: quatuor solus extra ordinē rogasse sententiā dicit. Ex iis quatuor principem rogabat. M. Crassum. Sed postq̄ filiā Cn. Pōpeio despōderat: primum cōcepit pōpeium rogare. Eius rei rationē reddisse eū senatū Tyro Tullius. M. Cicerōis libertus refert. itaq; se ex patrono suo audiuisse scribit. Idiplum Capito Atteius in libro quē de officio senatorio cōposuit: scriptū reliquit. In eodē libro Capitonis: id quoq; scriptū est. C. inq̄ Caesar cōsul. M. Catonē sniam rogauit. Cato rē quā cōsulebat: quoniā nō e repu. uidebatur: perficī uolebat. Eius rei gratia ducēda: longa oratiōe utebatur. Eximebatq; dicendo diē. Erat enim ius senatori: ut sententiā rogatus: diceret ante quicquid uellet: alii rei: & quoad uellet. Caesar consul uiatorem uocauit. Eumq; quum finem non faceret: prehendi loquentem: & in carcerem duci iussit. Senatus consurrexit: & prosequēbat

Nam in ofij.

Catonem in carcerē. Hac inquit inuidia facta Cæsar destitit: & mitti Catonem iussit

Quæ qualiaq; sint: quæ Aristoxenus: q̄si magis cōpta de Pythagora memoriæ cōmendauit: & q̄ Plutarchus i eundē modū de eodē. Pythagora scripserit. Cap. xi.

Pinio uetus falsa occupauit: & cōualuit Pythagorā philosophū nō esitauisse ex aīalib⁹. Itē abstinuisse fabulo: quē κυμμων græci appellāt. Ex hac opinio

ne Callimachus poeta scripsit. και κυμμων απο χειρας εσχιν ανιωτων ελεθρα καγω πυθαγορας ως εκελευλεγω. A fabuloq; manus tristate amouit edētes. Hoc ut Pythagoras iusserat ipse loquor. Ex eadē itē opinioe. M. Cice. i li. de diuinatione primo: hæc uerba posuit. Iubet igit̄ Plato sic ad summū pficisci corporibus affectis: ut nihil sit: qd̄ errorē aīs: pturbationēq; afferat. Ex quo etiā Pythagoreis interdīcū putat̄ ne faba uescerent̄: quæ res hēt inflationē magnā. Is cibus trāq̄llitatē mentis quærētibus cōstat esse cōtrarius. Hæc quidē. M. Cice. Sed Aristoxenus musicus uir litterarū ueterū diligētissimus: Aristotelis philosophi auditor: i libro quē de Pythagora reliquit: nullo sapius legumēto Pythagorā dicit usū q̄ fabis: quoniā is cibus & subduceret sensim aluū & leuigaret. Verba ista Aristoxeni subscripsi. πυθαγορας λεγω οσπρωων. μαλισατον κυμμων εδοκιμασε λιαν κνητικοντε γαρειναι: και διαφορητικου δικκαι μαλισ ακεχοηται αυτω: Idest quū dicat Pythagoras in legumētis fabā præcipua approbauit: admodū enim genitale esse & alui discussiuā. quā ob rē ea maxime uit̄. Porculis quoq; minusculis: & hædis tenerioribus uicitasse idē Aristoxenus refert. Quā rē uē cognouisse ex Xenophilo pythagorico familiari suo: & ex quibusdā aliis natu maioribus: qui ab ætate Pythagoræ: haud multū aberāt. Ac de animalibus Alexis etiā poeta in comœdia: quæ Pythagoræ uita inscribitur docet. Videtur autem de κυμμων. i. de faba non esitato causam erroris fuisse: quia in Empedoclis carmine: qui disciplinas pythagoræ sectatus est uersus hic inuenit̄.

Δειλοι πυθαγορας λεικυμμων απο χειρας ελεθρα.

Ah miseri a cyamo miseri subducite dextras.

Opinati enim sunt pleriq; κυμμων legumētū uulgo dici. Sed q̄ diligētius scitiuſq; carmina Empedoclis arbitrari sunt: κυμμους hoc in loco testiculos significare dicunt: Eosq; more Pythagoræ opte atq; symbolice κυμμους appellatos: q̄a sunt: εις τοκυετιν δενοι. και αιτιοι του κυετιν. i. in ferēdo utero ualidi: causaq; uteri ferēdi: & geniturae humanæ uim p̄beāt. Itcirco Empedocle uersu isto nō a fabulo edēdo: sed a rei ueneriæ pluuio uoluisse homines deducere. Plutarchus quoq; hō in disciplinis graui auctoritate in primo libro: quos de Homero cōposuit: Aristotelē philosophū scripsit: eadē ipsa de pythagoricis scripsisse: qui nō abstinerūt edundis animalibus: nisi pauca carne quadā. Verba ipsa Plutarchi (quoniā res inopinata est) subscripsi. αριστοτελης δε μητρας και καρδιας και ακαλυφης. και τοι ουτων τινων αλλων αποψοθαι φισιτους πυθαγορικους χρησθαι δε τοις αλλοις. Idest aristoteles a uulua: corde & marina urtica: atq; id genus q̄busdā aliis abstinerē pythagoricos dicit: ceterorū aut̄ usum habuisse. ακαλυφη aut̄ est aīal marinū: qd̄ urtica appellat̄. Sed & p̄ scibus nonnullis abstinerē pythagoricos Plutarchus in symphoniciis dicit. Pythagorā uero ip̄m: sicut celebre ē: Euphorbū primo se fuisse: dictasse: ita hæc remotiora sūt iis quæ Clearchus & Dicæarchus memoriæ tradiderūt: fuisse cū postea Pyrad̄: deide

Callidenam

Callidenā: deinde sceminā pulchra facie meretricē: cui nomen fuerit Alce.

Nota: & animaduersiones censoriæ in uteribus monumentis repertæ memoria dignæ. Cap. xii.

Iquis agrum suum passus fuerat fordescere: eumq; indiligenter curabat: ac neq; arauerat: neq; purgauerat: siue quis arborem suam uineamq; habuerat derelictui: non is sine pœna fuit. Sed erat opus cœlorum. Censoresq; arariū faciēbant. Item si quis eques romanus: equum habere gracilentum: aut parum nitidum uisus erat: impolitix notabatur. Id uerbum significat: quasi tu dicas incuriæ. Cuius rei utriusq; auctoritates sunt: & M. Cato id sæpenumero attestatus est.

Quædã tibiæ certo mō factæ ischiacis mederi possunt. Cap. xiii.

Redictū hoc a plerisq; ē: & memoriæ mādātū: ischiaci quū maxime doleant: tū si modulis lenibus tibiā incinat: minui dolores. Ego nuperrime in lib.

Theophrasti scriptū iueni: uiperarū morsibus tibiā scite: modulateq; adhibētū mederi. Refert & Democriti liber: qui inscribitur $\omega\pi\epsilon\iota\lambda\omicron\iota\mu\omega\nu\eta\lambda\omicron\gamma\iota\kappa\omega\nu\kappa\alpha\tau\omicron\gamma\iota$: id est de pestibus: aut ratiōaliū regula. In quo docet plurimis hominū morbis medicinam fuisse incentiones tibiārum: Tanta prorsus est affinitas corporibus hominū: mētibusq; & ppter ea quoq; uitis: aut medelis animorū: & corporum.

Narratur historia de Hostilio Mancino ædili: & Manulia meretrice. Verbaq; decreti tribunorum ad quos a Manulia prouocatū ē. Cap. xiiii.

Vum librū .ix. coniectaneorū Atteii Capitonis legeremus: q̄ scriptus ē de iudiciis publicis: decretū tribunorū uisum ē grauitatis antiquæ plenū: ppter ea id meminimus. Atqui ob eā causam: & in hāc sententiā scriptū est. A. Hostilius Mancin⁹ ædilis currulis fuit. Is Manuliæ meretrici diē ad populū dixit: q; de ambulacro eius noctu lapide ictus eēt. Vulnusq; ex eo lapide ostētabat. Manulia ad triple. puocauit. Apud eos dixit: Comesatorē Mancinū ad ædes suas uenisse. Eū sibi recipere non fuisse in æde sua. Sed quū uī irrūperet: lapidibus depulsū. Tribuni decreuerunt ædilem ex eo loco iure deiectum: quo eum uenire cum coronario nō decuisset. Propterea ne cum populo ædilis ageret: intercesserunt.

Defensa a culpa sententiā ex historia Salustii: quam inimici antea cum insectoratione maligne reprehenderunt. Cap. xv.

Legati oratiōis Salustii: uerborūq; faciētia: & nouādi studiū: cum multa prorsus iuidia fuit. Multi nō mediocri ingenio uiri conati sūt rephēdere pleraq; & obtrectare. In qb⁹ plura scite: aut maligne uellicāt. Nōnulla tñ uideri possunt. nō idigna reprehensione. Quale illud in Catilinæ historia repertū ē: quod habeat eā speciē: q̄ si paḡ attēte dictū. Verba Salustii hæc sūt. At mihi quidē tāetsi haud quāq; par gloria sequat̄ scriptorē: & auctorē rerū: tñ in primis arduū uidetur res gestas scribere. Primum: q; facta dictis exequanda sunt. Deinde quia pleriq; quæ delicta reprehenderis: maliuolentia: & inuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute atq; gloria bonorum memores: quæ sibi facilia quisq; factu putat: æquo animo accipit. Supra: ueluti ficta pro falsis ducit. Proposuit inquit dicturum causas: quamobrem uideatur esse arduum res gestas scribere: atq; ibi nō primum causam: sed querelas dicit. Non enim causa uideri debet: cur historiæ opus arduum sit: q; ii qui

legāt: aut inique interpretantur quæ scripta sunt: aut uera esse non credant. Obnoxia quippe: & obiectam falsis existimationibus eam rem dicendā: magis aiunt q̄ arduā: quia quod arduum est: sui operis difficultate est arduum: non opinionis alienæ erroribus. Hæc illi maleuoli reprehenses dicunt. Sed arduum Salustius non pro difficili tantum: sed pro eo quoq; ponit: quod græci λισχερες: aut χαλεπov appellāt: qđ est cum difficile: tum molestum quoq; & incōmodum: & ittractabile. Quorum uerborum significatio: a sententiā Salustii supra scripta non abhorret.

De uocabulis quibusdā a Varrōe: & Nigidio cōtra quōtidiā sermōis cōsuetudinem declinatīs. Atq; inibi id genus quædā cū exēplis ueterū relata. Cap. xvi.

Arronē & P. Nigidiū uiros romani generis doctissimos comperimus: non aliter locutos esse: & scripsisse: q̄ senatus & domus & fluctus qui est prius casus ab eo: quod est senatus: domus: & fluctus: huic senatui: domui fluctui Cæteraq; his consimilia pariter dixisse. Terentii quoq; comici uersus in libris ueteribus itidem scriptus est: Eius anuis opinor causa: quæ est mortua. Hanc eorū auctoritatem quidam e ueteribus grāmaricis ratione etiā firmare uoluerunt: q̄ omnis datiuus singularis littera finitus i: si non similis ē genitiui singularis s littera addita: genitiuum singularē facit: ut patri patris: duci ducis: cædi cædis. Quū igit̄ inquit in casu dandi huic senatui dicamus: genitiuus ex eo singularis senatus ē: & non senatus. Sed non oēs concedunt in casu datiuo senatu magis dicendum: q̄ senatui: sicut Lucilius in eodē casu uictu & anu dicit: nō uictui & anui: i hisce uersibus. Quod sūptū atq; epulas uictu præponis honesto. Et alio in loco Anu neceo inquit. Virgi. quoq; in casu dandi aspectu dicit: non aspectui. Teq; aspectu ne subtrahe nostro. Et in georgicis Quod neq; cōcubitu idulgent. C. at Cæsar grauis auctor linguæ latinæ: in anticatiōe unius inquit arrogantia: superbiamq; dominatūq;. Item in Dolobella actionis illibusti: quorum in ædibus: fanisq; posita: & honori erant: & ornatu. In libris quoq; analogicis omnia illiusmodi sine i littera dicenda censet.

De natura quarundā particulaꝝ: quæ præpositæ uerbis intēdi: atq; p̄duci barbare atq; in scite uidentur: exēplis rationibusq; plusculis disceptatum. Cap. xvii.

Vciliū ex undecimo uersus sunt.

I Scipiade magno improbus obiiciebat asellus

Lustrū: illo cēfore: malū infelixq; fuisse. Obiiciebat o littera p̄ducta multos legere audio. Idq; eo facere dicūt: ut ratio numeri salua sit. Idē infra: Et iam Conicere in uersus dictum præponis uolebam

Graii. In hac quoq; priā uerbi p̄positione: ob eandē cām produciūt. Itē quīntodecimo Subiicit hinc humilē: & suffercat posteriorē. Subiicit u lra lōga legūt. q̄ primā syllabā breuē eē in uersu heroico nō conuenit. Itē apud Plautū i Epidico consyllabā p̄ductā p̄nūciāt. Age nūc iā orna te Epidice: & palliū i collū cōiice. Apud Virgi. quoq; subiicit uerbū p̄duci a plerisq; audio: Etiā parnasia laurus: Parua sub igēti matris se subiicit umbra. Sed neq; ob: neq; sub præpositio p̄ducēdi hēnt naturā: neq; item con nisi quū eam lra sequunt: quæ i uerbis cōstituit: & cōfecit: secundū eam primæ sunt uel quū elidit̄ ex ea n lra: sicut Salustius scenoribus iquit cōoptus. In iis autē quæ supra posui: & metrum esse integrum potest: & præpositiones istæ possunt nō barbare protēdi.

protendí. Secunda enim littera in his uerbis per duo ii non per unum scribenda est. Nam uerbum istud cui supradicta particula preposita sunt: non iacio est: sed iacio: & preteritum non iicit facit: sed iecit. Idque ibi compositum est: ex a littera i i mutat. Sicut fit in uerbis insilio: & incipio: atque ita uim consonantis capit. Et ideo ea syllaba productius latiusque paulo pronuntiata priorē syllabā breuē eē nō patit. Sed reddit eā positu longā. Proptereaque & numerus in uersu: & ratio in pronuntiatu manet. Hæc quæ diximus: eo etiā conducūt: ut quod apud Virg. in. yi. positum inuenimus. Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terrā iniice. Sic esse iniice: ut supra dixi: & scribendum & legendum sciamus. Nisi quis tam indocilis est: ut in hoc quoque uerbo: i prepositione metri causa pte dat. Quærimus igitur in obiectibus o littera qua ratione intendat: quum id uocabulum factum sit a uerbo obiectio: & nequaquam simile sit: quod a uerbo moueo motus o littera longa dicitur. Equidem memini Sulpitium Apollinare uirum præstanti litterarum scientia: obiectibus o littera correpta dicere. in Virgilio quoque sic eum legere. Quæ uirum maria alta tumescat. Obiectibus ruptis: sed ita ut diximus i littera: quæ in uocabulo quoque gemina eē debet: paulo uberius: largiusque pronuntiabat. Cōgruēs igitur est: & subiices et quod pinde ut obiectes compositum est uel breui dici oporteat. Ennius in tragedia: quæ Achilles inscribitur: subiices pro aere alto ponit: qui cælo subiectus est in his uersibus.

Ergo deum sublimis subiices: humidus.

Vnde oritur humber: sonitu sauo: & strepitu. Plerosque ois tamen legere audias: u littera producta. Id ipsum aut uerbum. M. Cato sub alia prepositione dicit in oratione: quæ de consulatione suo habuit. Ita hos inquit fert uetus ad priorē pyrenæum: quos proicit in altum. Et Pacuius ite in anchise: id promontorium: cuius lingua in altum proicit.

De Africa superiore supra quædam ex analibus memoratu dignissima. Ca. xyiii.

Cipio Africanus antiquor: quanta uirtutum gloria prestitit: & quæ fuerit altus animo atque magnificus: & qua sui conscientia subnixus: pluribus rebus: quas dixerit quasque fecerit declaratum est. Ex quibus sunt hæc duo exempla eius fiducia: ac exuperantia igitur. Quum. M. Neuius tri. ple. accusaret eum ad populū: diceretque accepisse a rege Antiocho pecuniā: ut conditionibus gratiosis: & mollibus pax cum eo: populi romani nomine fieret. Et quædam ite alia crimini daret: indigna tali uiro: tum Scipio pauca præfat: quæ dignitas uitæ suæ: atque gloria postulabat. Memoria inquit quirites repeto die eē hodiernū: quo Annibalē pœnū impio nostro inimicissimū: magno prelio uicisti in terra africa: pacemque & uictoriā uobis peperisti insperabile. Nō igitur simus aduersum deos ingrati. Sed cæleste relinquamus nebulonē hunc: eamque nunc protinus Ioui optimo maximo gratulatemur. Id quum dixisset: auertit: & ire in capitolium cœpit. Tum concio uniuersa quæ ad sententiā de Scipione ferendam conuenerat: relicto tribuno: Scipionē in capitolium comitata: atque inde ad ædes eius cum læticia & gratulatione solenni persecuta est. Fert etiā oratio quæ uidetur eo die habita a Scipione. qui dicunt eam non uerā: non eunt inficias: quoniam hæc quidem uerba fuerint: quæ dixit Scipionis. Ite aliud est factum eis preloque. Petilius quidam tri. ple. M. ut aiunt Catone inimico Scipionis comparatus in eum atque immissus desiderabat in senatu istatissime: ut pecuniæ antiochenæ prædæque quæ in eo bello capta erat rationem redderet. Fuerat enim. L. Scipioni asiatico fratri suo imperatori: in ea prouincia legatus. Ibi Scipio exurgit: & prolato e sinu togæ libro: rationes in eo scriptas esse

dixit omnis pecuniā: omnisq; prædæ. Ille tum ut palam recitaretur: & ad ærarium de ferret. Sed enim id iam nō faciā inquit nec me ipse afficiam contumelia. Eumq; librū statim coram discidit suis manibus: & concersit: agre passus: q; cui salus imperii ac reipublicæ accepta fieri deberet: ab eo ratio pecuniæ prædæ eā posceretur.

Quid. M. Varro in longa hystoria scripserit: de moderando uictu puerorum im-
pubium. Capitulum. xix.

Veros impuberes compertum est: si plurimo cibo: nimioq; somno uterentur
p hebetiores fieri: animaduertimusq; hinc elici tarditatē. Corporaq; eorū im-
procera fieri minusq; adulescere. Idē pleriq; alii medicorū: philosophorūq;
& M. Varro in lōga hystoria scripsit. quæ inscripta ē Capis: aut de liberis educandis.

Notati a censoribus: qui audientibus iis dixerant ioca quædā intēpestiuiter. ac de
eius quoq; nota deliberatū: qui steterat forte apud eos oscitabundus. Capi. xx.

Inter censorias seueritates tria hæc exempla in litteris sunt: castigatissimæ di-
i sciplinæ. Vnum est huiusmodi. Censor agebat de uxoribus solemne iusiur-
randum. Verba hæc erāt ita concepta. Et tu ex animi tui sententiā: uxore ha-
bes? Qui iurabat cauillator quidā: & canicula: & nimis ridicularius fuit. Is locū esse
sibi ioci dicendū ratus: quum ita: uti mos erat: cēsor dixisset: & tu ex animi tui sententiā
uxorē habes? Habeo equidē inquit uxorē: sed nō hercle ex animi tui sententiā. Tum
cēsor eum: q; intēpestiue lasciuisset: in ærarios retulit. causāq; hæc ioci scurrilis apud
se dicti subscripsit. Altera seueritas eiusdē lectæ: disciplinæq; est: deliberatum ē de no-
ta eius: qui ad censes ab amico aduocatus est: & in iure stans: clare nimis: ac sono-
re oscitauit. atq; inibi prope ut plecteret: fuit: tanq̄ illud idiciū uagi animi foret & hal-
lucinantis: & fluxæ: atq; apertæ securitatis. Sed quum ille deierasset. inuitissimū sese:
& repugnantē oscitatione uictum. Teneriq; eo uitio: quod oscedo appellatur: tum
notæ iā destinatæ exēptus est. P. Scipio Africanus Pauli filius: utrāq; hystoriā posu-
it: in oratione: quā dixit in censura: quum ad maiorum mores populum hortaret.
Itē aliud refert Sabinus Massurius: in septimo memorali seuerè factum cēsores inqt
.P. Scipio Nasica: & M. Pompilius: quum equitum censum agerēt: equum nimis
strigosum: & male habitum: sed equitē eius uberrimū: & habitissimum uiderunt. Et
cur inquit ita est: ut tu sis: q̄ equus curatior. Quoniam inquit ego me curo equū
Staius meus seruus. Visum est parum reuerens esse responsū: relatūq; in ærarios
ut mos est. Staius autē seruale nomē fuit. pleriq; apud ueteres serui eo noīe fuerunt.
Cecilius quoq; ille comœdiarū pœta inelytus seruus fuit & p̄pterea nomē habuit. Sta-
tius. Sed postea uersum ē in cognomētum appellatūq; ē Cecilius Staius.

AVLII GELII NOCTIVM ATTICARVM
COMMENTARII LIBER Q VINTVS.

Vsonum philosophum solitum dicere accepimus: quū philosophus in-
a quit hortatur: monet: suadet: obiurgat: aliudue quid disciplinæ differit:
tum qui audiunt si de sūmo: & soluto pectore: obuias uulgatasq; laudes
effutiunt: si clamitant etiā: si gestiunt: si uocū eius festiuitatibus: si modū
lis uerborū: si quibsdā quasi frequētamētis oratiōis mouēt: exagitant: & gestiūt: tū sci-
as: & q̄ audiūt frustra eē: neq; illic philosophū loq; sed tibicinē canere. Animus inqt
audiētis